



Fig.
20

Phæn. X.

erat & in siphone reflexo quoque cum argentum vivum adhibuiffemus, hac etiam vice debuiffet fifti, hæc altera experimenti pars nedum quidem ex voto successit, aquâ paulatim ac lento gradu per universam utriusque cruris altitudinem descendente & per epistomia B ac C elapsâ.

X. Quod cum ex obreptione aëris per commissuram unam aut alteram intrusi (quem etiam bullatim per aquas descendentes eniti videbamus) ortum esse probè cognoviffemus, ut enatam inde jure suspicionem, (quòd aqua etiam per siphonem profluxura, nec lapsura retrò fuiffet, nisi aër hic subingressus fluxum illum cohibuiffet) tolleremus; demptis aliquot supernè tubulis, flexuram A cruribus jam brevioribus sub altitudine circiter 25¹/₂ pedd. Rhinlandicorum circa H v g. applicuimus, & munitis novis flexuræ commissuris repletoque iterum ad summum siphone aquâ limpidâ, & clauso diligenter orificio superno A vel H, reclusimus iterum epistomium utrumque B ac C (quæ hoc æquè ac priore casu sub aquas mersa fuerant) aquamque ex vase B per siphonis totam curvaturam in vas C circumferri manifestiffimè animadvertimus, partim ex ejus augmento notabili in vase C &